Diözese Brixen (möglicherweise in einem Dominikanerkloster), Wende 12./13. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



et xpiani

ei ihs. Mulier: quid ploras? Quem quaeris? Illa existimans
quia ortulanus esset: dixit ei. Domine si tu sustulisti eum:
dicito mihi ubi posuisti eum. et ego eum tollam. Dicit ei ihs.
Maria. Conversa illa. dicit ei. Rabboni. Quod dicitur magister.
Dicit ei ihs. Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem
meum. Vade autem ad fratres meos: & dic eis. Ascendo ad
patrem meum & patrem vestrum. deum meum & deum vestrum. Venit
maria magdalena annuncians discipulis: quia vidi
dominum et haec dixerit michi. Feria vi. Pentecoste.

Fratres: Xpus semel pro peccatis nostris mortuus est: iustus
pro iniustis. ut nos offeret deo: mortificatus quidem
carne vivificatus autem spiritu. In quo & his qui in carcere e
rant. spiritabus veniens predicavit: qui inobedientes fuerant
aliquando. quando expectabant dei patientia in diebus noe
cum fabricaretur archa: in qua pauci id est octo anime salve
facte sunt per aquam. Quod et vos nunc similis forme sal
vos facit baptisma: non carnis positio sordium sed conscientie
bone interrogatio in deum. per resurrectionem xpi qui est in dextera di.

Iulio v. Undecim discipuli abierunt in galileam in montem
in monte ubi constituerat illis ihs. Et videntes eum adora
verunt: quidam autem dubitaverunt. Et accedens ihs locutus
est eis dicens. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra.
Euntes docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine pa
tris et filii et spiritus sancti docentes eos servare omnia quecumque
mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus
usque ad consumationem seculi. Sabto Pentecoste.

Fratres: Deponentes omnem malitiam. & omnem dolum. &
simulationes. sicut modo geniti infantes. rationabiles. si

228